

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertatio Philologica Qua Al Tehî Tsadik Harbeh Ve-'al Tirsha' Harbeh Sive Nimium Iustitiae Et Improbitalis Salomonis, Coheleth. VII. 16. 17. ...

**Clauswitz, Benedikt Gottlieb
Keyselitz, Gottlieb**

Lipsiae, 1721

VD18 11528834

§. X.

[urn:nbn:de:bsz:31-130295](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130295)

usus, ut & illum, qui sua & aliorum opinione sapiens tantum est, etsi vere non sapiat, denotet, quod patet ex Es. XXIX, 14. quemadmodum ita de incantatoribus ex vanissimis principiis futura prædicentibus adhibetur. Es. III, 3.

Verbi hujus conjugatio Hithpaël duabus tantum vicibus in sancto Codice occurrit, in præsentis nimirum loco & Exod. I, 10. ubi Pharaon populum suum ita in perniciem Israëlitarum excitat **וַיִּחַזְקֵם**, ubi ex contextu manifestum est, id sibi velle Pharaonem, ut ingenio adhibito non tam aperta vi, quam astu & dolo Israëlitarum incrementa impedire studeant. Est igitur **וַיִּחַזְקֵם** dolo agere, sic ut sapientiæ quandam speciem mentiatur. Quod si vero præterea ad significatus conjugationis Hithpaël attendimus, observavit Danzius conjugationem hanc aliquam ex præcedentibus reciproce in semet ipsam convertere, vel in se sitam declarare, prout **וַיִּתְגַּדֵּל** est magnificum se ostendere, **וַיִּתְיַדֵּל** nativitatem suam profiteri. Atque ita **וַיִּחַזְקֵם** significare posset sapientem se ostendere, sapienter se gerere, sibimet ipsi sapientem esse, i. e. videri. Habet insuper quandoque Hithpaël notionem **וַיִּחַזְקֵם** Kal, tamen cum aliqua modificatione distincta atque ita **וַיִּחַזְקֵם** idem foret, quod sapientem esse.

§. X.

verbum Hiphil **וַיִּתְיַדֵּל** residuum fecit, abundavit, & excellentem fecit, notat, cujus significatus induit **וַיִּתְיַדֵּל** & residuum & excellentem notat, ut Coh. VI, 8. forte etiam v. 12. quamvis & hic ad notionem residui referri possit. Cohel. VII, 11. Obtinet etiam notionem adverbii ita, ut notet: amplius. Gussenius vocem **וַיִּתְיַדֵּל** participium Benoni facit a **וַיִּתְיַדֵּל** & in nostro loco rem prærogativam dantem explicat. Nostro loco parallela sunt loca Cohel. XII, 9. 12. maxime II, 15. in quibus locis id

B 2 quod

quod abundat præter solitum & ordinem jam constitutum, denotatur.

מָה לְמַד proprie interrogativum est apud Ebræos, & quidem ex Guffetii mente non tam stricte patet, quam Gr. τί vel Lat. quid: & ideo habet plures usus diversos, interdum mera quæstio est. Cohel. VI, 8. interdum vero innuit iudicium interrogantis: ubi vero præfixum ה accipit, fere semper vim istam interrogandi cum quadam rei non approbandæ declaratione recipit. Eccl. II, 15. Gen. XLVII, 19. Exod. V, 22. XVII, 3. sic ut responsio plerumque in suspenso maneat.

§. XI.

תְּשׁוּמָה, verbum תְּשׁוּמָה in omnibus conjugationibus, si Hophal excipias ubi exempla desiderantur, notionem desolandi & obstupescendi habet, quam posteriorem si de personis adhibetur, fere semper recipit. Quominus etiam Guffetio id semper ita fieri affirmanti assentiamur, obstat locus, Ef. LIV, 1. qualia videntur etiam loca Thren. IV, 5. I, 6. Forma nostra תְּשׁוּמָה proxime ad Niphal accedit, si ad primam dageffatam attendas, ast obstat deinde י & geminatio תְּשׁוּמָה. Commodissime cum forma Hithpaël videtur concilianda. Quamvis enim ordinarie תְּשׁוּמָה dicendum fuisset, ut adeo ratio תְּשׁוּמָה Dagesch præcedenti literæ impressi non satis pateat, dicitamen potest in regulari forma תְּשׁוּמָה compensatiorem תְּשׁוּמָה in sequente littera ו esse factam, (e) cuius generis Abenezræ est locus Num. XXI, 27. וְתִשְׁוּמָה.

Aliis mixta est hæc forma ex Niphal & Piel, ut Coccejo, (f) qui ita vertit: Quare in stuporem te dars. Forma Hithpaël solam obstupescendi notionem habet, quod exempla docent, nisi forte locus Ef. LXIII, 5. ad desolandi notionem accedat. Sive ergo hanc formam תְּשׁוּמָה Niphal, sive mixtam תְּשׁוּמָה Niphal & Piel approbes & obstupescendi

(e) Vide Alberti Lexicon p. 1245.

(f) Coccejus in Lex.